



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

100. An Confessarius virtute Bullae Cruciatæ possit commutare votum perseverandi in Religione, ut tempore Novitiatus possit ex justa causa egredi? Et in tali casu an vovens possit egredi, nec aliqua ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

cianus in tract. crim p. 1. lib. 4. cap. 9. n. 36. Valquez contr. Instr. lib. 1. cap. 105 num. 51. Aponte lib. 1. conf. 4. num. 3. & seq. Molina de primog. Hisp. lib. 1. cap. 13. num. 89. & alij.

Sup. hoc in Ref. anor. primæ huius Ref. & in eod. §. Hinc. & in .7. tr. 1. Ref. 99. 5. Quarto post med. à vert. vide dictum. & eufim in alio §. eius not.

3. Et ideo per professionem huius Religionis asserunt dirimi matrimonium ratum; & ita fecisse D. Gaston. Ducem Meçinæ, restatur Sanchez de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 18 n. 8. habito consilio sapientium; & in statutis dictæ Religionis, per Pontificem approbatis, habetur posse ad eam Religionem admitti obligatos matrimonio rato. Idem etiam docent Regius cas. 53 n. 5. Rebellius par. 2. lib. 3. quest. 2. Legionensis de imped. matr. caus. 27. quest. 2. §. 4. Azorius part. 1. lib. 13. cap. 6. quest. 4.

4. Vnde, vt supra dixi nullo pacto per Bullam Cruciatæ votum huius Religionis Confessarius commutare potest, sicut neque Episcopus, vt notauit Barthol. à S. Fausto in thes. relig. lib. 3. q. 97. n. 1. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 8. disp. 9. num. 16. Rodriguez in Bull. §. n. 123 Lopez, in instr. p. 1. vbi de clauibus, cap. 9. in fin. & alij

RESOL. XCIX.

Sup. hac prima offic. huius tituli in 28. tr. 1. Ref. 11. §. Hinc Ioann.

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum Religionis D. Iacobi, Calatrana, Alcantarae &c. Et an Episcopus possit commutare supradictum votum. Et an hi Ordines non sint proprie, & simpliciter Religiones? Et docetur, vt Episcopus, vel Confessarius virtute Cruciatæ, vel alicuius Iubilei possit commutare aliquod votum, satis est, quod sit sub opinione, an sit reseruatum, necne. Ex p. 1. tract. 11. Ref. 78.

Sup. hoc in Ref. not. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sotus lib. 7. q. 5. art. 3. Arag. in 2. 2. q. 88. art. 11. quia hi Ordines militares non sunt proprie simpliciter Religiones; & idem etiam docet Gutierrez pract. qq. lib. 2. quest. 11. num. 2. Lassarte de decim. vendit. cap. 19. n. 91. Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 3. q. 2. Valentia tom. 1. disp. 10. quest. 4. punct. 2. Molina de primog. Hispan. lib. 1. cap. 13. num. 98. Molina Theologus de inst. tom. 1. disp. 62. num. 5. Gironda de Gabell. p. 7. num. 46. Gathias de benef. tom. 1. p. 1. cap. 4. num. 19. Parisius de resign. benef. lib. 6. q. 2. num. 1. & alij pènes ipsos.

2. Sed aliqui contrariam sententiam probabiliorẽ esse iudicant. Et ita in terminis docet Lopez in instr. p. 2. vbi agit de clauibus cap. 9. ad fin. quia dicti Milites sunt verè Religiosi, vt asserunt Vegha in sum. tom. 1. cap. 83. cas. 147. Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 19. num. 11. Auendaño in cap. prator. lib. 2. cap. 26. num. 11. Medina de sac. hom. contin. lib. 4. contr. 7. c. 39. B. llugha in specul. Princ. c. 1. rubr. 7. n. 76. Menchaca contr. illustr. lib. 3. c. 105. num. 48. Cenedo de paupert. relig. dub. 50. num. 9. & nouissimè doct. ssumus Basilius Ponceius de impedim. matr. c. aus. 27. q. 2. §. 4.

3. Quid ego sentiam dicam breuiter. Hanc secundam opinionem semper tenui: sed, quia alia est probabilis, puto, Confessarium posse per Bullam Cruciatæ commutare votum Religionis D. Iacobi; Alcantaræ, & Calatranae; & ita loquens de Episcopo docet Sanchez de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 9. num. 16. & in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 40. num. 73. Et ratio est quia, vt Episcopus vel confessarius virtute Bullæ Cruciatæ vel alicuius Iubilei possit commutare aliquod votum, satis est, quod sit sub opinione an sit reseruatum, necne; sed totum hoc accidit in casu nostro: ergo, &c.

Sup. hoc in r. 8. tr. 1. Ref. 11. §. Nota vert. & in 17. tr. 1. Ref. 99. §. Hoc aut, signatè ad med. & vert. Vere Religiosos, & in aliis multis eius annot. pro parte huius quest. & lege etiam à lin. 2. §. 1. huius Ref. Et pro vt. huius §. in §. primo huius anno r.

RESOL. C.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum perseverandi in Religione vt tempore Nocturnus possit ex infra causa egredi? Et in tali casu, an vouens possit egredi, nec aliqua voti commutatione indigere? Et notatur votum perseverandi in Religione non obligare, si bona fide in probatione putet quis sibi eam non esse commodam? Ex part. 1. tract. 11. Ref. 79.

§. 1. Ego puto sine Bulla Cruciatæ, posse in tali casu votum egredi in Religione, nec aliqua voti commutatione indigere quia probabilis est illi sententia, vt docet Lef. lib. 2. c. 41. dub. 5. n. 46. que aliter, vt votum perseverandi in Religione non obligare si bona fide in probatione putet quis sibi eam non esse commodam. Ita docuit Sotus de inst. lib. 7. quest. 1. art. 1. ad 3. verb. ex hac autem definitione. Aragon in 2. 2. q. 88. art. 5. Ledesma in sum. tom. 2. tract. 10. cap. 3. dub. 7. r. q. 4. & alij.

2. Et licet contraria sententia sit probabilior, quam tenet Azorius p. 1. lib. 11. cap. 22. q. 8. Valentia tom. 1. disp. 6. q. 6. punct. 4. q. 4. Rodriguez in sum. tom. 1. cap. 91. n. 7. Rosella verb. relig. 3. num. 5. Angelus verb. Nocturnus, n. 12. Arnill. eod. verb. num. 10. Syluester verb. relig. 2. q. 9. & alij. At tamen his, non obstantibus, puto posse Confessarium, virtute Bullæ Cruciatæ commutare votum perseverandi in Religione. Et ratio est: quia votum perseverandi in Religione est diuersum à voto Religionis; & Confessarius, tale votum commutans, non commutat votum Religionis, sed qualitatem adiunctam voto, quæ quidem non est Pontifici reseruata. Et ita in terminis loquens de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ docet Sanchez de matr. tom. 1. lib. 8. disp. 15. n. 4. & loquens de Episcopo in sum. tom. 1. lib. 4. c. 2. n. 75. cum Molf. sic in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 15. n. 147. & Maldero in 2. 2. tract. 10. c. 5. dub. 10. n. 8. & loquens de Iubileo Sanctæ rellus in tract. de Iubil. c. 10. dub. 4. & Leone etiam de Iubil. p. 2. q. 13. sect. 3. n. 114.

RESOL. CI.

An votum perseverandi in Religione sit dispensabile per Bullam Cruciatæ, & Iubileum? Ex part. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 18.

§. 1. Negatiuè nominatim contra me respondet Magister Gallego in Bull. Cruc. c. 9. claus. 3. part. 1. §. 2. dub. 123. vbi sic ait; [Supongo lo que es en el Angelico Dotor en la 2. 2. quest. 88. artic. 4. adonde pregunta: Vtrum qui vovit Religionem ingre ditur, seu tur perpetuo in Religione manere? Si el que hizo voto de entrar en Religion, tenga obligacion de perseuerar en ella; dize, que como la obligacion del voto depende de la voluntad, è intencion del que la haze, si hizo voto nomas de entrar en Religion no tiene obligacion por fuerza deste voto de perseuerar en ella; pero si hizo voto de perseuerar en ella, le obliga el voto à perseuerar. Las palabras del Santo Con: Si vovit Religionem intendit se obligare non solum ad ingressum Religionis, sed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere.

2. Respondo pues, que el voto de perseverar en Religion, es reseruado al Summo Pontifice, como le es el voto de entrar en Religion, pues ambos son votos absolutos de Religion, y assi como quando voto hizo voto de Religion, es reseruado como conita, assi